



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Catena Temporum**

**Andrian, Carl**

**Herbipoli, 1698**

Series III. Humani generis divisio & politica Hebræorum

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65485](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65485)



Synagogæ paulò ante Christum natum  
480. numerabantur.


Joseph Deiparæ Mariæ Sponsus.

Templum ab Herode instauratum, ejus-  
que quarta dedicatio instituta 4030.

Maria Virgo Deipara filia Ioachim &  
Annæ nascitur 4039.

JESUS CHRISTUS DEI Filius nascitur  
an. 4053. die 25. Decembris.

Sanctimoniâ florent Simeon senex &  
Anna prophetissa.



## SERIES TERTIA.

Humani generis divisio & Politica  
Hebræorum post diluvium usque  
ad Christum natum.

☉ Ab an. mundi 1657. ad 2039 ☉

NOë filiis & nepotibus terras dividit.  
Napheto Scythia & Europa: Chamo  
Syria, Ægyptus & Africa: Semo Assyria,  
India & reliqua Asia obveniunt.

Sublato per confusionem linguarum  
commercio Babylonicæ turris ædificatio  
abjecta est, gentes divisæ sunt, & terra cœ-  
pit ubique frequentari.

E filiis nepotibusque Noëmi alij aliarum  
gentium parentes, Hebræorum à S. Augu-  
stino



26 *Humani generis divisio*

stino & aliis censetur Heber, à quo Heberæi primò, mox Hebræi sunt appellati.

☉ ☉ *Ab anno 2039. ad 2300.* ☉ ☉

Abraham in Palæstinam cum Sara uxore Nachoris filia, Lothi nepote 2114.

Loth ob jurgia inter Pastores dividitur ab Abrahamo 2116.

Ismaël & Agar pelluntur 2144.

Esau primogeniti jura vendit 2218.

Jacob fugit in Mesopotamiam, ibique apud Labanum avunculum oves pascit 2276.

Jacob redit & conciliatur cum Esau 2296.

Esau ducit alienigenas; unde religio corrupta 2238.

☉ ☉ *Ab anno 2300 ad 2500.* ☉ ☉

Dinæ vis illata, & hinc pugna cum Sichimitis 2305.

Ioseph per invidiam à fratribus venditur 2306.

Ioseph Ægypto præficitur 2319.

Jacob cum filiis in Ægypto 2329.

Hebrai primò regebantur per Patriarchas, penes quos erat imperium in gentem.

Amenophis Pharaos sævit in Hebræos 2451.

Moses è flumine à Thermuti Pharaonis filia in aulam inductus 2464.

Ab



☉☉ Ab anno 2500. ad 2600. ☉☉

Moses fugit ex aula 2503.

Exitus Israël ab Ægypto 2544.

Exploratores ex Phara solitudine missi  
in Palæstinam 2545.

Israëlitzæ in solitudine per annos 40.

Tribunal primarium Synedrium à Mose.

Jethri consilio, institutum.

Felicia Hebræorum bella in Palæstina  
Iosue Duce.

Victoribus Israëlitis Palæstina dividitur.

☉☉ Ab anno 2600. ad 2700. ☉☉

Othoniel Adonizedecum captum muti-  
lat 2601, & populum resipiscentem vindi-  
cat in libertatem.

Historia Michæ Levitæ, & clades tribus  
Beniamin 2620.

Servitus prima Hebræorum sub Cusano  
ab an. 2623. ad 2631. per annos 8.

Liberantur ab Othoniele.

Servitus secunda sub Eglone Moab. an.  
18. cessat occiso per Aodum tyranno 2669.

☉☉ Ab anno 2700. ad 2800. ☉☉

Samgar Philistæos sexcentos vomere  
interficit sub Aodo.

Iudæorum servitus sub Iabino Chananæo  
à 2721. ad 2740. à qua liberantur victo per  
Debboram & Baraccum Sifarâ, cujus tem-  
pora trabali clavo Iahel trajecit. Ma-



28 *Humani generis divisio*

Madianitis annis 7. serviunt Hebræi & liberantur à Gedeone 2768.

☉☉ *Ab anno 2800. ad 2900.* ☉☉

Abimelechus Gedeonis filius cæsis 70. fratribus tyrannidem occupat 2801.

Quarta Hebræorum servitus sub Ammonitis per annos 18. ab anno 2832.

Jephte Amonitas prælijs vincit & populum liberat à servitute 2849.

Samson Dalilâ, quam deperibat, pro-dente, amissis cum coma viribus Philistæis hostibus traditur, à quibus oculis orbatur 2898.

☉☉ *Ab anno 2900. ad 3000.* ☉☉

Ophni & Phinees Heli filij cæduntur in prælio à Philistæis, capitur Arca, Heli obit ex casu 2959.

Israëlitæ Philistæos vincunt in Maspha 2960.

David in Monomachia Goliath interficit 2971.

Saul de Amalecitis & aliis victor, à Philistæis victus seipsum confodit 2979.

David feliciter præliatur ab anno 2991. ad 2996.

☉☉ *Ab anno 3000. ad 3100.* ☉☉

Absalon Ammonem fratrem interficit 3002.

Davi.



Davidem patrem Absalon regno pellit, sed mox, dum fugiens crinibus pendet è Quercu, à Ioabo confoditur 3009.

David movet in Philistæos, illosque quatuor præliis profligat à 3012. ad 3014.

Asa Zaram Æthiopiæ regem vincit, & ingenti prædâ potitur 3094.

☉☉ *Ab anno 3100. ad 3200.* ☉☉

Zambri Elæ temulento vitam eripit, mox & ipse septem post dies ab Amri obsessus, se cum universa domo comburit 3106.

Israëlitæ Achabo regnante de Benedabobo Syro bis triumphant 3134. 3135.

Mesa Moabitarum Rex obsessus filium spectantibus Hebræis mactat 3140.

Joram fratres interficit 3145.

Jehu Achabi stirpem funditus delet 3151.

Hazaël Syriæ Rex Israëlitarum regionem ferro flammisque vastat.

☉☉ *Ab anno 3200. ad 3300.* ☉☉

Joas Rex Samariæ ex vaticinatione Elisæi morientis Benedabum Syriæ Regem tribus cladibus atterit 3204.

Ozias contra circumpositas gentes feliciter pugnat.

Manahen Rex Israëlis Phuli Syrorum Regi vectigalis fit.

C;

Teglat-



30 *Humani generis divisio*

Teglat-Phalazar victor Israëlitas in  
servitute abducit 3295.

Achaz captivus apud Syros 3294.

☉ Ab anno 3300. ad 3400. ☉ 90

Samaria per Salmanassarem Assyriorum  
Regem capta & everfa. Tribus decem  
cum Osea Rege in Assyrios abductæ 3314.

Manasses Assyriis armis oppressus Ba-  
bylonem catenis vinctus abstrahitur 3344.  
mox regno restituitur.

Holoternes Assyriorum Dux in Bethulæ  
obsidione à vidua Iuditha obtruncatur.

☉ Ab anno 3400. ad 3500. ☉ 90

Jofias Rex Iuda cum Nechaone Ægypti  
Rege configit, peritque ex vulnere 3425.

Joachatz Nechaoni servit in Ægypto

Joackim & Iechonias à Chaldæis cum  
omni nobilitate in servitute abducuntur  
3428.

Sedecias filiis & oculis orbatus, cum po-  
pulo captivus Babylone 3446.

Incipit servitus 70. annorum, quam passi  
sunt Hebræi apud Chaldæos,

☉ Ab anno 3500. ad 3600. ☉ 90

Iudæi quamvis post impletos annos sep-  
tuaginta servitutis, libertatis qualicunque  
immagine donati à Cyro fuerint anno 3516.

verè nunquam tamen posthac sui omnino  
juris



*& Politica Hebraorum.* 31

juris fuere : diu enim Persis , mox Græcis,  
& Romanis paruerunt.

Artaxerxes Longimanus Deo inspirante  
Esdram Sacerdotem & scribam in Judæam  
mittit 3594.

☉ ☉ *Ab an. 3600. ad 3700.* ☉ ☉

Nehemias ex Perside, ubi Regis Pincerna  
ejusdem gratiâ florebat, impetratâ ad  
id facultate in Judæam veniens, frustra ob-  
sistentibus inimicis Hierosolymæ muros  
intra dies 52. restituit 3600. & 3601.

Idem novis inductis tabulis inopiæ suo-  
rum consulit 3601.

Idem qui anno 3621. Regem in Perside  
adiêrat, Hierosolymam redit ex Perside  
3629.

☉ ☉ *Ab anno 3700. ad 3800.* ☉ ☉

Judæi ab anno 3722. Græcis parent.

Andromacus Judæis præpositus ab  
Alexandro, ab illis occiditur 3722.

Ptolomæus Lagi filius amicitie simula-  
tione Judæam occupat, captivos quàm  
plurimos abducit ex montano præcipue  
tractu anno 3733 circiter.

Antigono Rege victo Asiæ Regna Se-  
leuco Nicanori cedunt, ac proinde Hebræi  
vectigales Syriæ regibus fiunt, ab anno  
3753.

B 4

Ab



☉ ☉ *Ab anno 3800. ad 3900.* ☉ ☉

Onias II. Ptolomæo Evergeti solvit 20. argenti talenta, quæ Syrio Regi pendebat 3811.

Recepta per Antiochum Magnum Judæa Græcis in Syria regnantibus iterum subditur, sed brevi tempore 3836.

Ptolomæus Philopator victo Antiocho Magno, Celæsyriâ, Phæniciâ, Judæâ potitur: quare Ægyptijs regibus Judæi iterum parent 3837.

Antiochus Magnus potitur Syriâ & iterum Judæis imperat 3857.

☉ ☉ *Ab an: 3900. ad 4000.* ☉ ☉

Jonathas Demetrii Nicanoris ope nixus Judæam recipit, Hierosolymam instaurat 3902.

Ejuidem cum Romanis & Spartiatis fœdus 3911.

Simon ad Demetrii partes transiens plenam Judæis obtinet libertatem, cujus annos numerare incipiunt 3912.

Jannæus epulans coram se 800. Judæos è nobilioribus cruci affigi jubet.

Judæi à Magno Pompejo domiti Romanis in posterum parent 3991.

Hyrcanus ob varias fortunæ vices dictus Pila fortunæ.

Ab



☉ Ab an. 4000. ad 4053. ☉

Antigonus Aristobuli filius Judææ regnum petens rejicitur à Cæsare 4007. sed Parthorum ope Hierosolymâ potitur 4014 Hyrcanus captivus abducitur.

Herodes Hierosolymam expugnat 4017.

Eodemq; anno capite plectitur Antigonus Assamonæorum postremus.

Herodes regnum adulatione partum per scelera & cædes confirmat.

Bellum anceps contra Arabes gerit 4013.



## SERIES QUARTA.

Res supra Naturam post diluvium usque ad Christum natum.

☉ Ab anno mundi 1657. ad 2039. ☉

**I**ris à Deo statuitur fœderis inter se & homines pignus.

Superbis mortalium conatibus turrim ædificantium divinum Numen obsistit, repente una, quâ omnes utebantur, linguâ in duas & septuaginta, quot erant hominum familiæ, divinitus dispertitur.

Hebraica, quæ communis omnibus antea fuisse creditur, in Hebero mansit, à quo nomen accepit.

Ab